

dafür sei gerade die Gefangennahme von Bischof Nikolaus gewesen, die in der Zweiten Fortsetzung fehlt.

Cronica Boemorum auct. canonico S. Blasii Brunsvicensis (wie Anm. 8) S. 41 Z. 43–46:

Anno Domini MCCXLIX, regni XX, pridie Kal. Augus. nobiles Boemie filium regis Wenzlay nomine Primizl in ducem elegerunt vel in regem. Et in claustrum maioris ecclesie ei iuraverunt, patre ignorante; unde rex episcopum Pragensem Nicolaum pro pro-dicione cepit, cum exercitu Boemiam intrans, eam recuperavit, XIII. Kal. Sept. castrum Prage intravit.

Zweite Fortsetzung der Chronik des Cosmas (wie Anm. 2) S. 286:

1249 XI Kal. Aprilis episcopus Nicolaus *suspendit ecclesias* in sua dioecesi constitutas *a pulsatione campanarum* et omni ornatu ecclesie *sollemni, duabus tantum campanis minimis ad pulsandum et ornatu quadragesimali pro festo ad officium concessis*, in festo quantumlibet magno occurrente.

Johannis Neplachonis, abbatis Opatovicensis, chronicon (wie Anm. 66) S. 473:

A. d. MCCLVIII rex Wenceslaus de solio pellitur et Nicolaus episcopus capitur ... A. d. MCCLI secundo kalendas Augusti nobiliores terre Boemie se regi Wenceslao opposuerunt et *filium suum nomine Przyemisl in ducem* acceperunt et sibi fidelitatem iuraverunt. Sed rex ex hoc provocatus missos ad se in castrum Zwiekow Nicolaum episcopum, Thobiam prepositum, Radoslaum archidiaconum, Hermannum custodem detinuit et capitavit. Sed post hoc eis dimissis cum filio concordavit, marchiam Moraue sibi committendo.

Benedicti minoritae dicti chronica et eius continuatio (wie Anm. 67) S. 356: 1245 Nicolaus episcopus capitur. ... 1246 Nicolaus episcopus liberatus est 4 kalendas Aprilis.

Przibiconis de Radenin dicti Pulkavae Chronicon Bohemiae (wie Anm. 53) S. 142 (Rezension A):

Anno Domini MCCXLIX^o Nicolaus, Pragensis episcopus, custodie deputatus a pulsatione campanarum suspendit ecclesias eis ornatus solempnes similiter interdicens, duabus tantum campanis minimis ad pulsandum necessariis et ornatu quadragesimali ad officium pro festo concessis, qui episcopus VII kalendas Aprilis a vinculis est solutus.

Zum selben Ergebnis kommt man, wenn man den Bericht über die Heirat von Přemysl Ottokar II. mit Margarete von Babenberg im Jahr